

Prot. N. 1105/18/1

BEATISSIME PATER,

Fidelis Ferrández Vegas, Archiepiscopus Metropolis Burgensis, una cum Revmo Capitulo et Clero Ecclesiae Basilicae Cathedrales Metropolitanae Sanctae Mariae, grato erga Deum animo motus, submisso exponit die XX Iulii MMXXI octingentos completum iuri annos, ex quo a Ferdinandō III, Rege Castiliae, et a Mauritio, Episcopo Burgensis, novum inchoatum est, sub invocatione B. Mariae Virginis, Cathedrales Burgensis aedificium, anno MDLXXXIV ad gradum Metropolitani Temp̄i evectum. Ad hunc faustissimum christiana pietatis eventum digne celebrandum et debitas Deo gratias agendas, a die XX Iulii MMXX, in dedicacione Cathedrales Ecclesiae, usque ad diem VII Novembris MMXXI, Dioecesanae Ecclesiae festum, sacrae habebuntur functiones, peregrinationes et spiritualia incepita, quibus finis propositus est ut augeantur in christifidelibus supernaturaes Fidei, Spei et Caritatis virtutes, impensius efformentur eorum mores secundum viam Evangelii et magis solidetur cum proprio Sacrorum Antistite et cum Summo Pontifice vinculum hierarchicae unitatis, quod Cathedrale Temp̄um excellenter significat. Quo autem abundantius fidelibus, qui dictis celebrationibus intererunt, Divinae Gratiae thesaurus aperiatur, Exc. mus Orator a Sanctitate Tua Indulgentiarum donum pro illis implorat. Et Deus, etc.

Die 11 Februarii MMXX

PAENITENTIARIA APOSTOLICA, de speciali mandato Ss.mi Patris Francisci, Jubilarem libenter concedit Annū, cum adnexa plenaria Indulgentia, suetis sub conditionibus (sacramentali confessione, eucharistica communione et oratione ad mentem Summi Pontificis) christifidelibus vere paenitentibus atque caritate compulsi, saceranda, quam etiam animabus fidelium in Purgatorio detentis per modum suffragii applicare possint si Burgense Cathedrale Temp̄um in forma peregrinationis in viserint et ibi capitularibus functionibus aliisque iubilaribus ritibus devote interfuerint, vel sistem per congruum temporis spatium pro fidelitate Castilliae totiusque Hispaniae ad christianam vocationem, pro sacerdotalibus ac religiosis vocationibus et pro defendendo humanae familiæ instituto, humiles Deo effuderint preces, concludendas Oratione Dominica, Symbolo Fidei invocationibusque B. Mariae Virginis.

Senes, infirmi, omnes qui legitima causa domo extrē nequeunt, plenariam consequi poterunt Indulgentiam, concepta detestatione cuiusque peccati, et intentione praestandi, ubi primum licuerit, tres consuetas condicōes, si iubilaribus celebrationibus vel peregrinationibus se spiritualiter adiunxerint, doloribus suis vel incommodis proprie vitae Deo per Mariam fiducialiter oblati.

Quo igitur accessus, ad divinam veniam per Ecclesiae claves consequendam, facilius pro pastorali caritate evadat, haec Paenitentiaria enixe rogat ut canonicus paenitentarius, capitulares necnon sacerdotes oportunitatis facultatis ad confessiones excipiendo praediti, in Cathedrales Ecclesia Burgensi prompto et generoso animo, celebrazione Paenitentiae sese praebeant atque S. Communionem infirmis saepe ministrant.

Praesenti totum per spatium iubilaris anni valituro. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Manus Card. Piacenza
MAURITIUS CARD. PIACENZA
Paenitentarius Maior

Christophorus Nykiel
CHRISTOPHORUS NYKIEL
Regens